Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



202

nibus qui uellint sobrie & iuste & pie uiuendum expectantibus beatam spem &
aduentum gloriae magni dī qui uult omnes homines saluos fieri uel inopinatum
& singulorum & omnium & magnorum & pusillorum & fidelium & infidelium
futurum esse iudicium. unde restat intellegi his iam bene cognitis ea magis
quae nescire fortepotenti quaesitum digna duxisse uidelicet si sublimia illa
uitae caelestis instituta quibus possessa uendere sacculos quinon uetere scent
thesaurum caelo condere lumbis praecinctis lucernis quae ardentibus uigilare
& dnūm expectare praecepeuit ad apostolos solum similes que illorum
an & ad omnes qui saluandi sunt pertineant quisensus esse quaerentis exipsa
ni fallor dnī responsione declaratur.

Dixit autem dnūs quis putas est fidelis dispensator & pru
dens quem constituit dnūs supra familiam suam.

Respondens ad interrogata saluator primo doc & iudicium cunctis ad futurum
singulosque iuxta meritum operis ac sensus sui capacitatem praemia uel
tormenta nancituros. deinde quod maxime quaesierit gratiam uirtutum
quam mundo adtulerit a singulis quantum possint ostendit esse sectandam.
Ignem inquit ueni mittere in terram. & quid uolo nisi accendatur sane quod aut
quis putas est difficultatem non in conpossibilitatem perficiendae uirtutis insi
nuat quomodo psalmista. quis sapiens & custodit haec. Non neminem sed
rerum significat. Non alibi idem uerbum non pro difficili sed pro inpossi
bili posuit. Dis quis similis erit tibi. Id est nullus. tu enim solus
altissimus super omnem terram.

Ut det illis in tempore tritici mensuram.

ē

Permensuram tritici expriminitur modus uerbi alta enim quaeque debent multis
audientibus contegi & uix paucis aperiri necum angusto cordi incapabile aliquid
tributur extra fundatur. hinc moyses a secreto dī exiens corus cantem faciem
contem populo uelat: quia nimirum turbis claritatis intimae arcana non indicat.
Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum: ut & ad sua singu
lis congruat. & tamen accōmunis aedificationis arte numquam recedat.

Beatus ille seruus quem cum uenerit dnūs inuenerit
ita facientem uere dico uobis quia super omnia
quae possidet constituet eum.

ē

Quanta inter bonos auditores & bonos doctores meritorum distantia tanta est
& praemiorum. hos enim adueniens cum uigilantes inuenerit faciet discum
bere & transiens ministrabit eis. Illos autem cum uerbi annonam familiae